Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et dona et honorem multitudinis accipietis a me. Tu autem.

Dominica .iij. secundum lib. Osee prophete. Lectio prima.

Verbum domini quod factum est ad Osee filium beeri in diebus ozie. ioatham achaz ezechie regum iuda et in diebus ieroboam filij regis israhel. principium loquendi domino in Osee.

Et dixit dominus Lectio .ij. ad osee. vade sume tibi uxorem fornicationum. et fac filios fornicationum. quia fornicans fornicabitur terra domino. et abiit et accepit gomer filiam debelaym. et concepit et peperit filium. et dixit dominus ad eum. vocabis nomen eius iezrahel. quia adhuc modicum et ulciscar sanguinem iezrahel super domum ieu. et quiescere faciam regnum domus israhel. T.

Et in illa die Lectio .iij. fiam arcum israhel in valle iezrahel. et concepit adhuc et peperit filiam. et dixit ei. vocabis nomen eius absque misericordia. quia non addam ultra misereri domui israhel. et oblivione oblivisceor eorum. et domui iuda misereberor. et saluabo eos in domino deo suo. et non saluabo eos in arcu et gladio et in bello et in equis. et in equitibus. Tu.

Et ablactauit Lectio .iiij. eam que erat absque misericordia. et concepit et peperit filium. et dixit. vocabis nomen eius non populus meus. quia vos non populus meus. et ego non ero vester. et erit numerus filiorum israhel quasi harena maris que sine mensura est. et non numerabitur. et erit in loco ubi dicebatur eis. non populus meus vos dicetis eis filii dei viuentis. Tu. Lectio .v.

Et congregabuntur filij iuda et filij israhel pariter. et ponent sibi caput vnum. et ascendent de terra. quia magna erit dies iezrahel. Dicite fratribus